



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 7. Linguosi dirigi nequeu[n]t, tendunt ad errorem pessimum, &
diuinam in se gratiam corrumpunt.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

Secundùm in hoc capite est, quòd mala, quæ de ore nostro procedunt coinquant hominem. Id quod ex testimonio Christi apud Diuum Matthæum capit. 15. ver. 18. superiùs capite 2. ratione prima probauimus.

Coin-
quina-
tur ho-
mo.

Tertiùm est quod contritio-
nem afferat spiritus. Hinc Pro-
uerb. 18. 7. *Os stulti contritio eius.*
Ne verò putes leuem hanc, vel exi-
guam corporis, aut membri alicu-
ius contritionem, id magis expli-
cat capit. 15. 4. cum inquit: *Lingua
placabilis lignum vite: Quæ autem
immoderata est, conteret spiritum.*

Contri-
tio spi-
ritus.

CAPVT VII.

*Linguosi dirigi nequeunt, tendunt ad erro-
rem pessimum, & diuinam in se
gratiam corrumpunt.*

Primùm in hoc capite est quod
directionem diuinam nobis
per necessariam impediatur, pro
qua tamen sancti homines po-

Dire-
ctionē
impe-
dit.

stula-

stularunt vt Daud, cū orauit,
 Psal. 5. 9. *Dirige in conspectu tuo viam
 meam.* Et 24. 4. 5. *Vias tuas Domine
 demonstra mihi, & semitas tuas do-
 ce me. Dirige me in veritate tua, &
 doce me quia tu es Saluator meus.* Et
 26. 11. *Legem pone mihi Domine in
 via tua & dirige me in semita recta,
 propter inimicos meos.* In omnibus
 siquidem vijs, insidiantur nobis ini-
 mici nostri, & ita lege silētij maxime
 egemus. Hinc iterum iterumq; cla-
 mat Daud ad Dominum, Psalm.
 118. 5. *Utinam dirigantur viae meae, &
 custodiendas iustificationes tuas.* Sed
 vt cultus iustitiæ silentium. Isa. 32.
 17. sic verum est id Prou. 16. 13.
Qui recta loquitur, dirigetur. Vice
 verò versa Daud Psal. 139. 12. Lin-
 guosum iniusto coniungēs, inquit.
*Vir linguosus non dirigetur in terra,
 virum iniustum mala capient in in-
 teritu.* Atq; ita vti iustus Isa. 57. 1.
 2. ambulat in directione sua, per

cultum

cultum iustitiæ: quem esse silentiũ,
idem Propheta dixit: Sic iniustus
propter linguæ licentiam in viam
iustitiæ Christianæ minimè dirigi
vnquam poterit.

Secundum ergò in hoc capite
ex priore malo consequitur: Ex
mala siquidem viæ directione ne-
cesse tandem est, vt in fine error
pessimus obueniatur. Id quod & Ec-
clesiastes testatur cap. 10. 12. 13. di-
cens: *Verba oris sapientis gratia &
labia insipientis precipitabunt eum.
Initium verborum eius stultitia & no-
uissimum oris illius error pessimus.*
Relicto ergò hoc errore, cātemus
id ex cantico quod Isai. 26. 1. 2.
cantabitur in terra Iuda. *Urbs for-
titudinis nostra Sion, Saluator pone-
tur in ea murus & cātemurale, ne sci-
licet ingrediatur hostis humani ge-
neris, vt paulò post dicetur. Ape-
rite portas & ingrediatur gēs iusta, cu-
stodiens veritatē.* Christum scilicet,

In fine
error
pessi-
mus.

per

per silentium, qui est Ioan. 14. *Via, veritas & vita.* Et quid sequitur? *Vetus error abiit: seruabis pacem, opus enim iustitia pax, & cultus iustitia, silentium.* Isa. 32. 17.

Gratia Dei perditur.

Simile ex culicibus

Tertiū est, quod gratia Dei facile corrumpitur in talibus hominibus. Nam vt recte docet Sanctus Isaac, oratione duodecima, de vino. Si dolij, aut vasis vini os aperitum maneat, culices facile ingrediuntur, & vinum corrumpit. Idem, inquit, accidit in multiloquio, facietis & vanis sermonibus. Cui addo. Qui habet illud pretiosissimum vinum, quod apud Zachariam Prophetam cap. 9. 17. gemitur, illud quam diligentissime per lingue custodiā tueatur ne per lingue licentiā vel ace scat, vel computrescat. Nota verò quod gratia non sit res exigua sed Dei donum, iuxta id Psal. 83. 12. *Gratiam & gloriam dabit Dominus.*